

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Consciencia o cum fontibus proximo et primis

Recta conscientia est, cui suum peccatum  
displacet, et alieno non consentit: nec propter  
hoc peccatorem dimittit, nec ejus peccatum  
dissimulat; et cum corripit, non insultat.

Tranquilla est, quia omnibus est dulcis, et nulli  
gravis: utens amico ad gratiam, inimico  
ad patientiam, cunctis ad benevolentiam, et  
quibus potest ad beneficentiam.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis, *Tractatus de  
interiori domo*, 9 (PL 184, col.515D-516A).

Pura est,  
cui Deus nec sua peccata imputat,  
quia non fecit:  
nec aliena, quia non approbavit:  
nec negligentiam, quia non tacuit:  
nec superbiam, quia in humilitate permansit.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis, *Tractatus de  
interiori domo*, 9 (PL 184, col.516B).

Tranquila conscientia est que omnibus est  
dulcis, nulli grauis, utens amico ad graciam,  
inimico ad pacienciam, cunctis ad  
benevolenciam quibus potest ad beneficienciam,

cui Deus nec sua peccata imputat  
quia non fecit,  
nec aliena quia non approbavit,  
nec negligenciam quia non tacuit,  
nec superbiam quia in unitate permansit.

Hugo libro II. de anima capitulo IX.

Hic uir quamdiu est in hac uita, utitur amico  
ad rependendam gratiam, utitur inimico  
ad patientiam, utitur quibus potest ad  
beneficentiam, utitur omnibus ad benevolentiam.

Augustinus Hipponensis, *De uera religione*, 47  
(CCSL 32, K.D. Daur ed., pp.246-7, ll.32-34).

Continendo se a consensu non tetigit imundum:  
obiurgando autem et exiit liber in conspectu dei;  
cui neque sua deus peccata imputat,  
quia non fecit;  
neque aliena, quae non approbavit;  
neque negligentiam, quia non tacuit;  
neque superbiam, quia in unitate permansit.

Augustinus Hipponensis, *Tractatus de duobus  
caecis (Sermo 88)*, 25 (RB 94, P. Verbraken ed.,  
p.101, ll.678-682).